



Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

Bosquier, Philippe

Moguntiae ; Coloniae, 1614

[Concio] III. 1. Quem homo pater prodigi significet. 2. vt Deus pater dici queat homo. 3. Christum propriè esse hunc hominem: 4. vt sit hominum, quin etiam sceleratorum parens docetur. 5. Deinde de ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

suam ex peccatorum receptione. Cæterum, rogo nunc supplex Dominum, me ea prudentia & discretione dignari, vt Iesu Christi exemplum sequutus, diserte coram doctioribus, & populariter in pondere & mensura, vbi tempus, locus, conuenientium simplicitas dictauerint, valeam sic orare, vt perirent omnes Deo lucrificiẽs. Vobis verò Auditores, nullatenus memoria excidat, quæ Christus in honore habuerit animarum curam gerentes, vtque teneamur cuncti eos reuereri, non diffamare, eorum peccata non considerare; potius pro viribus contendamus ea occultare, animarum nostrarum velut parentum; quo declinemus non maledictionem Noe, & eius obtineamus benedictionem; sed magè fulgura & tonitrua maledictionum Dei nostri, & suscipiamus benedictionem gratiæ hic, & gloriæ cælestis in futuro, Amen.

CONCIO TERTIA.

Vulgata. 11. In illo tempore, dixit Iesus Phariseis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios.

Græca. 11. Εἶπε δὲ ἀνθρώπος ἄς ἔρχε δύο υἱός.

Syriaca. 11. Et dicebat eis rursum Ieschua: Vir quidam habebat duos filios.

ARGUMENTVM.

1. Quem homo pater prodigi significet. 2. vt Deus pater dici queat homo. 3. Christum propriè esse hunc hominem: 4. vt sit hominum, quin etiam sceleratorum parens docetur. 5. Deinde de significatione filiorum duorum variæ opiniones adferuntur. 6. ea probatur literalis, quæ tenet prodigo signari peccatores, qui tum ad Iesum erant appropinquantes, ac
his

his peccatores omnes; seniore, Phariseos tunc murmuratores.

PLus aequò fortè, Auditores, initio mearum concionum terret communiter me experior; ast hodie signanter, correptum me timore & pauore tanto sentio, vt et si sileat hæc mea lingua, pallor & alteratio vultus testentur & proclamant palam. Cerno etenim hodiè inferendum gradum in expositionem nostri Euangelij, nullo ferè duce præuio certo in hoc itinere arduo, sinuoso & anfractib⁹ referto, tacti si prima frôte tam planum, rectum, facile videatur, vt tuto progredi liceat oculis orbato. Dico, ferè absque duce certo præuio viæ gnato, propter varietatem diuersitatemq; opinionum, quas ipso in limine offendo, alijs me huc, alijs illuc incitantibus; & quia ex multo numero exponentium hunc textum quos legi, pauci germanum attigerunt scopum.

Difficile inuenire sensum litteralem in parabolis, quod res que in parabolis dicuntur plura possunt significare metaphorice. Item, quod nobis ignoti mores Palestina & terra promissionis, ex quibus ducta similitudines, vt illa de decem virginibus potest esse: verisimile enim est in Iudæa adolescentes & adolescentulas comitari vespertino tempore sponsum adducentem sponsam ad nuptias: vt etiam fuit ludus puerorum in foro ludentium, Luca 7 teste Theophylacto.

Item quod quadam qua necessaria insunt ad vincendam narrationem videntur obuiare spiritali sensui, egrè que applicari possint, vt est murmuratio operariorum, & hic murmurans filius senior. Quadam verò omnino accommodari non possunt.

Item, quod quadam exemplis adductis historialiter minime quadrare videantur, vt est granum sinapis esse minimum minimum, & crescere in arborem magnam, verum est spiritaliter, non autem videtur esse historialiter.

Item, quod quadam non videantur conuenire ijs que dicuntur

Id contigisse summis oratoribus Cic. r. de orat. testis est; & ibi adfert duas causas.

dicuntur, & ijs qua significantur, ut quod Luca. 12. Dō-
minus seruis vigilantibus ministrat; & quod Christus sit
in celo erga beatos se habebit.

Item, quod quandoque videatur saluator inferre con-
trarium ei quod in narratione proponit, ut Luca. 7. de
duobus debitoribus: quandoque sumere contrarium
eius quod intendit probare, Luca 12. Ideo & vos estote pā-
rati &c. ut illud probaret assumpsit, quoniam si sciret pā-
terfamil. &c.

Ideoque aliud dicere non ausim, nisi quod trepi-
dem plurimum, haud secus ac viator obuium ha-
bens triuium aut quadriuium, plenum anfractibus ad
instar labyrinthi, in quo alij multi oculatiores se ab-
errarunt, maximè si flum Ariadne non teneat, aut dū-
tem sequatur tutum.

Ouid. 5.
Fastor.

Ut stat, & incertus qua sit sibi, nescit eundem

Cum videt ex omni parte viator iter.

Sic quia posse datur diuersas reddere causas,

Quo ferar ignoro, copiaque ipsa nocet.

Quare, nunc, opus habeo, si vnquam, inuocare Al-
tissimum, ut mihi sit dux & confirmatio; hortari simi-
liter auditores, ut vota sua meis coniungant. Eia sup-
plex rogo vos, vnanimiter inuocemus opem Jesu
Christi, qui tenet clauem chimeriarthij, arcanorum-
que sacrae scripturae, & pollicetur aditum pulsantibus;
quo nos genuina veraque, quam quaerimus intelli-
gentia donet. Dicamus A V E M A R I A.

Fidem liberaturi super ijs, quae hesterno die in epi-
logo concionis promissimus, ac progressuri, statuamus
inquirendum ad praesens; Quisnam homo ille patet
duorum filiorum? Deinde, qui duo filij: quisque diui-
sim? ut his expositis & intellectis, uti decet, potissimae,
quae postmodum in decursu textus pullulabunt, difficulta-
tes possint facili negotio expediri; verum difficillimè,
nec sine erroris periculo, si non assequimur hodie intel-
lectum eorum, quae proposuimus explanare. Quonia verò
claritas & splendor veritatis altius micat è diametro
opposita falsitati, adducemus aliorum opiniones; de-
inde sub finem sententiam nostram proferemus, quae quae
sedet

Proposi-
tio con-
cionis.

sedato animo discusserint, vbi autem placidam mihi
præbuerint, probaturos spero.

Igitur dicendum primò, quis homo ille filiorum
bindrum genitor, quorum alter vulgò dicitur prodi-
gus. Doctores quidam, nec vulgatæ eruditionis, nec
pauci numero (qui tamen fateri humiliter haud auer-
santur à se, utique hominibus, quædam ignota (di-
cunt hoc homine signati Deum Patrem, primam per-
sonam in sanctissima Triade. Ratione adfert Seraphi-
cus Doctor & Bonaventura, ob quam Deus Pater hoc
loco, uti & frequenter alibi, dicatur homo; scil. ab hu-
manitate & mititate singulari quæ in ipse est tantò, ut
à nobis post S. Paulum optimè dicatur *Pater misericordiarum & Deus totius consolationis*. 2. Cor. 1. Et me-
ritò hominem dicimus, id est humanum & mitè (quod
ita proprium est hominis, ut absq; mansuetudine ne-
mo gaudeat illustri nomine & titulo hominis) quod
nos mansuetè & humanè excipiat. Ab homo enim fit
humanus, ut à fera ferinus. Et humanus pro facili, pro
miti & tractabili Latinis: humanitas pro tractabilitate
& benevolentia in homines dicitur, Græcis φιλαν-
θρωπία.

Theophylactus doctè ait Deum vocari hominem,
cum significanda est misericordia; at leonem, utrum
&c. cum iustitia &c.

Dictio homo (iust doctissimus Varro) descendit ab
humo, latino nomine, quod humorè, seu terram vligi-
nosam signat, quæ communiter lenis est & tractabi-
lis, sequens gyrù lubès rotæ figuli; ut discant homines
ex naturæ suæ nomine proprio girari & circumduci
ad nutum & imperium Dei; insuper esse humani & tra-
ctabiles ut gleba vuida, non feroces, aut rigidi, non fe-
rente id suo nomine, nec pariter materia formationis
suæ, quæ terra fuit limosa, ut liquet ex Genesi. Ita nihil
magis tractabile Deo.

Hebræis etiã ab *adama* id est humo, Adã dictus est,
Q. D. *terreus*. Aut si malumus alios sequi, nomē *homo* usq; in
derinatur à Græco φηροία quod vnionè, cõcordiã, cõ-
sensum animi signat; quod homo natura sit socialis &

super

i.
Ath. Aug.
quicunq;
est aut hor
quasi ad
Principè
q 46.
Ile homo,
inquit, est
Deus.
Hiero. ad
Damas.
de prodi-
go p. 2. ep.
15.
Aug. l. 2.
96. Luc 9.
33 to 4.
Albert.
commet.
in Eua. c.
15. Beda
in hanc
par. Bon.
cõ. in hũs
locũ Lu-
ca. Caiet.
in Lucana
Picart. in
ser. Phil.
Diz in ser.
Steph. Pa-
ris in ser.
Dominus
cus Na-
us, in
Pelianso.
rit. homo

super omnia animantia consortij amans (inquiète Cicerone) aut saltem deceret esse talem, quod concordia signum est.

Sic Perotus *ἠμνοῦσα*, & per Crasin *ἠμνοῦσα*, idem est quod concordo, consentio, vnus sum animi.

Lactantius libro 5. Institutionum cap. 18. *Socialis est hominis ac benefica natura, quo solo cognationem cum Deo habet.*

Item libro 6. Instit. cap. 17. *Φιλάνθρωπος Θεός*. Si homo ab humo quia tractabilis, rectè Deus homo quia summè tractabilis. Hinc illud est: *Novit Deus mutare sententiam, si tu noveris mutare delictum*. Igitur meritò dicitur Deus Pater homo; verè enim socialis est, & summè consortij amans, vt illud ex libro Sapientia: sibi vrsupare queat; *Delicia mea esse cum filijs hominum*. Ipse stimulatùs solo societatis desiderio & beatitarem suam communicandi creauit quondam naturas Angelicam & humanam. Vt itaque palam fiat quam sit tractabilis, quam mitis, quam facillè rigorem suum muret in mansuetudinem circumacta vita, id est, voluntate peccatoris se mutante in melius; & vt expetat coniunctionem nostram mutuam, dicitur quandoque homo in scripturis: Quam rationem sedulo adnotarunt prisca Doctores Euthymius, S. Ioannes Chrysostomus, S. Hieronymus & Theophylactus.

Proh. 3.

- II. Præterea, constat aliquando signari rem vnã alterius nomine, non quod ipsum conueniat ei omnimodè, aut solum ratione conuenientia cuiusdam, quam habet cum altera communem. Sic dicimus in sacris litteris aliquando vnãquamque personam in sanctissima Triade, modò hanc, modò illam vocari hominem; non quod ipsis conueniat essentialiter hoc nomen & penitus (excepta Iesu Christi Incarnatione): siquidem nomen hoc rigidè sumptum conuenit propriè, & semper omnibus & ijs solum, qui cum corpore, quale gerimus, simul habent animum rationalem. Deus autem Pater, Deus Filius, ante Incarnationem, Deus Spiritus sanctus, non habent corpus & animum, quemadmodum nos; quare hoc nomen rigidè sumptum nequit

ipsis

ipsis esse proprium : tribuitur verò propter quandam similitudinem, quæ videtur deprehensa, & verè est inter Deum & homines. Quod enim habeamus similitudinem cum Deo, dubitare nefas, dicente scriptura, hominem creatum à Deo ad imaginem & similitudinem suam.

Apud Lactantium lib. 2. instit. cap. 11. Plato dicit humanam formam *θεοειδὴν* esse.

Et Sybilla quæ dicit : *εἰκὼν ἔστι ἀνθρώπου ὁ ἐμὸς λόγος ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος*, id est, Imago est homo mea, rationem rectam habens.

Ibidem Hermes Trismegistus hominem ad imaginem Dei factum esse dixit. Porro, similia duo cum sint relativa & reciproca, homo si in aliquibus est Deo similis, Deus quoque, loquendo humano more, in quibusdam erit homini similis. *Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video*, inquit Cicero; ac ideo dictus aliquando homo, Deo nihilominus existente causa & fundamento totius similitudinis; quæ consistit in eo, quod intelligimus, recordamur, volumus quando volumus, quemadmodum Deus.

Porphyrus libro vniuersalium : *Sumus rationales nos & Deum, sed mortale appositum disjungit nos ab illis.*

Amplius, quis nesciat amoris passionem, quia natura & morum similitudine profluit, resultatq; transformare & mutare amantem quasi penitus in rem quam deperit, adeo ut amans nonnunquam sortiatur nomen rei amatae? unde adiectiuum vxorius?

Pulchramque vxorius urbem extruis.

Vnde aliud istud, *effaminatus*? unde homo dicitur Deo in Genesi *caro*, Prophetæ, *terra, terra, terra*, nisi ab amore deperdito, transferente primos in mulieres; alios, in ea quæ carnis sunt; postremos ad terrena; & insigniente nominibus rerum perditè amatarum? Ignoratis quia *Amantis animus magis tibi est, ubi amat, quam ubi animat*? Cato aiebat animam amantis viuere & habitare in re dilecta. Proci quoque & amantij mundani, nunquid animos suos non suos, sed translatos & incarnatos in cordibus amicarum suarum cre-

*D. Thom.
p. 1. q. 4. a.
3. ad 4.
non concedit,
Deus est similis creaturæ; etsi concedat aliquo modo creaturam esse similem Deo.*

*Jerem. 22.
Vide
Chrys. hō.
24. in 6. c.
Gen.
Plut. 10. 3.
moral.
tract. de
Amore.*

brò prædicant? Cor sibi ereptum splendore micantium oculorum, venatorum & sagittariorum pulchre-comptularum amasiarum suatum, quas corculum, vitam, animum dicunt, quæruntur? Quis scit an sponsus eò alluderet in canticis, ad amicam inquiring; *Oculi tui, ipsi me auolare fecerunt?* Quis scit, an hæc forte fuerit mens Apostolo dicenti, *vino autem, iam non ego, viuit in me Christus?* Præterea, dicimus prouerbialiter latinè de eo quem cordatè amamus, *est alter ego*, haud ineleganter. Et Aristoteles Philolophus, dicit amicum ab amico reputari, alterum se, *Alter ipse*, quasi uterque esset vnus. Hinc fit, vt amans amari nomen sortiri queat, vti quondam Pylades dicebat se Orestem coram Rege, dum sacrilegij accusarentur, ceu direptores cuiusdam simulachri. Ita autem simulabat ob intimam vnionem, & amicitiam sinceram vtriusque.

Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.

vti canit vates, Sic Christus Iesus, quanquam beatus in suo celo, dicebat Paulo persequenti non ellos Christianos, amicos suos: *Saule Saule, quid me persequeris districto ferro?* Et Apostolis: *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Item: *Quamdiu fecistis vni de fratribus his meis minimis mihi fecistis.* Et *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Similiter & in alijs multis locis.

Sant. 6.
Gal. 2.
Arist. 6.
Ethic.
sap. 4.

Arist. 9.
Luca. 10.
Matt. 23.
Job. 1.

IV.

D. Dionysius Areopagita c. 4. de diuinis nominibus: *Est mentis secessum ecstasimque faciens diuinus amor, amatores sui iuris esse non sinens, sed in ea, quam amant, penitus transferens.* Idque indicant superiora quidam, qua inferiorum prouidentia sese deuouerunt, &c.

Potrà summus Deus noster, qui ab æterno trãsgressos à limites omniũ totius mundi amorũ gloriatur, siue latione & duratione, siue vim & robur, aut potius æstũ castorũ amorũ eius in genus humanũ cõsideres, meritissimè dici potest homo, vtique quasi planè trãsgressus in amatum, hominem; ipseque nos habens, quasi alteros se, ducit se quasi alterum nos, gratia sua; & hominem se dicit (tametsi naturaliter & secundum esse suũ purũ non sit) vt Pylades se dicebat Orestem, *qui non esset.*

Ra-

Ratio ista sanè insignis est & elegans, quæ sufficiat in nobis suscitare & componere igniculos amoris nostri sopiti, & sub cineribus iacentis, in Deum nostrum, qui nos tantum amat; ne absque amore mutuo amet.

Audebimus et id pro veritate loqui, quòd ipse quoque author omnium pulchro & bono amore omnium, pro amatoria bonitatis magnitudine extra se sit ad omnia quæ sunt, providentia multiplicis pertingendo ratione, & veluti bonitate ac dilectione, & amore mulcetur; & ex se proprio illo statu, quo supra omnia & ab omnibus exceptus est, ad id ut inter omnia sit excedente illa supersubstantiali virtute sua (qua nusquam abs se progreditur) semel demittit.

Præter hæc, aliam quoque assignemus causam propter quam hominis nomen aliquando tribuatur Patri æterno, qui nunquam humanam nostram suscepit naturam. Ex sententia D. Dionysij, & D. Cyrilli, quia scripturæ sacræ humana membra ipsi tribuunt, haud secus ac si homo foret, similis nobis, mēbris corporeis à capite ad calcē instructus, quemadmodū nos. *Gen. 3.* ubi peccasset Adā; quo dicendi modo insinuat habere pedes & crura. Alibi per Prophetam dicit: *Calum venter.* *Psal. 109:* *mibi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* In quodam psalmo agens de Deo Filio, *Ex utero ante Liferunt genui te,* Iob dicit se manu Domini attractum, *Iob. 19.* S. Paulus ait, horrendum esse incidere in manus Dei. *Heb. 10.* In Deuteronomio dicitur Israeliticæ genti: *Portavit te Gremiū.* *Deuter. 10.* Dominus Deus tuus, *ut solet homo gestare parvulum suum.* *Assumpsit eum, at quo portavit in humeris suis.* Et sola Mater virgo in cantico suo inquit, *fecit potentiam in brachio suo.* Nunquid Psalter non ait, *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum?* *Qui retigerit res.* *Psal. 33,* *Qui retigerit* *vos, tangit pupillam oculi mei.* Pari modo frequenter fit mētio Dei Patris in scripturis; nō quod Deo Patri sint mēbra talia aut Sp. S. aut etiam Filio Dei ante incarnationem (in sua namq; incarnatione, sibi univit corpus & animū, qualem habem⁹, dēptis peccato & ignorantia) minime; volumus fieri, nec sumus Anthropo-

D. Dion.
c. 4. de div.
vin. non.

Pedes Dei,
Gen. 3.

Isa. 66.

Manus.
Iob. 19.

Heb. 10.

Gremiū.
Deuter. 10.

Humeri.
Deut. 32.

Brachia.
Luc. 1.

Oculi, au-
res.
Psal. 33,

Pupilla oculi. Zachar. 3. Orig. l. 4. contra Celsum. morphitæ, Deo dante; sed scriptura sacra (vti inquit Doctor Origenes) quæ cõponit & metitur sermones suos ad vires & vtilitatem auditorum, frequenter loquitur eo modo de Deo Patre & alijs Personis Sanctiss. Triadis, condescendens captui nostro; interdum, vt per oculos designet præsentiam vniuersalem vbique, multam scientiam & prouidentiam; interdum per brachia, omnipotentiam, & demonstrationes eius, aut in exequutione iustitiæ, aut exhibitione misericordiæ. Quia ergo sacra Scriptura de Deo loquitur partim modo præfato, partim apertè, audeat hominem dicere, etsi verè non sit, dicitur homo.

Denique, quia aliquando se visendam præbuit Patribus & Prophetis præscis sub figura & specie humana, vti Adæ, Abrahæ, Danieli &c. *Tetigit me quasi visio hominis & confortauit me.* Aut quia hominem victum suo subiecit imperio. *Sic Caesar dictus nonnullis ab elephantis in pugna occiso, qui lingua Maurorum Caesar appellatur.* Quicquid sit, aut qua de causa Deus Pater sortiri queat nomen hominis (quamquam verè & propriè non sit) non inquiram vterius. Sufficit mihi Patres & Doctores supra nominatos dicere, eo nomine posse signari: ac præter ipsos, Sanctum Hieronymum, & ante eum Origenem & S. Hilarium dicere, quod dici possit homo, & paterfamilias.

3. Verùm, salua reuerentia, quam vobis debeo & exhibere volo ob sanctitatem vestram & doctrinam admirandam ô Doctores, qui ponitis hunc hominem patrem prodigi Deum Patrem, secus mihi videtur, ac dico hunc hominem ad litteram non alium quam Iesum Christum, qui propriè & absq; vlla metaphora hominem se adstruit: quia ab incarnatione cõstitemur tanquam Catholici cum S. Ioanne cap. i. & sacro sancto Concilio Nyceno, verè Spiritu Sancto operante, vestitum corpore & animo humanis, & factum verum hominem in Sacratissimo virginali utero, vti quondam præcecinat ipsius Vates, *Et homo natus est in ea,* virgine. Iesus Christus est homo, constans vera anima, & vera carne humana (contra Cerdonitas & Appellitas)

Psal. 88.

tas hæreticos, contra Manichæos omnes blasphemos) Ideoque dicimus ipsum dici posse hominē altiori modo quam homines omnes, tam quoad corpus quam animam; partibus illis geminis non vitiatas & adulteratis in ipso per peccatum, quo ex hominibus penè peduces efficitur. Christus ipse potissimus homo dici potest ad imaginem & similitudinem Dei, nempe cui hypostaticè unita est natura diuina, quæ & vera imago Dei Patris eius.

Vt autem nusquam veniat in controuersia hunc esse germanum literæ sensum (tamen si multi graues viri eruditione insignes oppositum tenuerint) nō sum ego huius placiti vnicus, sed à partibus meis habeo viros non vulgaris authoritatis vna mecum sic exponentes: In primis magnum illud Hispaniæ iubar Doctorem Theologum S. Vincentium, Valentia ortum, non inferiorem scientia quam sanctitate vitæ. Est mihi alius Doctor celebris, quondam Ecclesiastes Apostolicus, & hæresium per vniuersam Italiam inquisitor generalis; alius etiam, quem in plerisque locis propono sequi ceu Arceturum meum, & alios complures, quos silco, stantes à partibus nostris, siue potius veritatis. *Amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas.*

Adde, nomen ἀνθρώπος in græco positum pro ditione homo, conuenire appositè Christi personæ. Dicitio enim ἀνθρώπος videtur significare quasi ἄνω, ἔνω, id est, sursum tendens: quam significationē magnus ille Budæus l. de contemptu rerum fortuitarum videtur attigisse; cum ait: *Ipsam calum suspicere homini natura dedit, ut nomen Græcum indicat, insigneque discerniculum inter animatū.* vnde videtur solus hoc clario nomine dignus, qui cælum suspicit & cælestia, maxime intellectualibus oculis. Seruator autem noster Iesus Christus, qui nihili semper duxit fumos caducorum & transitoriorum, ab alijs pro numine habiturum, vix aliud quam aspirabat & suspirabat totus ad cælestia, & in fines diuinos dirigebat omnes suos actus humanos. In supernis, docuit Christus sublimiorem

D. Vincet. form. de prodigo. D. Calistus Placentinus 2 parte exposi. huius par. Dida. comment. in Lucam c. 13. Frideric. Nausea M. Pet. Dyuolle Postilla maiores totius anni. Iansen. in Conc. vel Patrem, ait, vel se ad umbrat.

doctrinam moralem In vertice montis Thabor transfiguratus est: suspiciens in caelum instituit in monte Zion in domo Zebedaei inexplicabilem & verissimam transubstantiationem panis in corpus suum, & vini in sanguinem, ut crucifigeretur tetendit sursum in montis fastigium. Mori cupiens ut vitam nobis donaret conscendit crucem. Denique à summo montis Oligitarum transcendit certè altius ascensione sua gloriosa. Et si verè possit & Pater aeternus dici ἀνθρώπος, id est, tendens sursum, quod mentem habeat erectam & attentionem ad sublimia, attamen quia dictiones illae *tendens sursum*, videntur indirectè designare quod ad altiora potest tendere; & nihil detur, fingi que queat, in quod tendat suprema Maiestas Dei Patris, ceu se sublimius: rursus, quia Iesus Christus secundum humanitatem (aduertite ut loquor, ne remini forte Arianum) inferior est Patre; adeoque potest in Patrem tendere ceu superiorem se, qualem testatur, dicens: *Pater maior me est*: proprius & aptius Patrem aeternum appellandum censemus spectatorem theatri mundi & inferiorum horum, è summo caelorum, ceu specula, ut cecinit Vates: *Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum*. Christus autem, consideratus, ut in terris agens, verus homo, & hanc parabolam proponens dicitur nobis ἀνθρώπος siue tendens sursum; homo, inquam, patet nostri prodigi.

Si non fiat satis ista ut per hominem istum comprobemus denotari Christum, addemus aliud maioris ponderis.

4. Quæro itaque, quisnam Iesu Christi sit scopus in hac parabola? An non intendit, ut diximus (neque S. Augustinus, & Hieronymus, & alij omnes reluctantur) euertere calumniam & impias obiectiones Scribarum & Phariseorum? Extra omnem aleam est. Cui obmurmurabant? In quem latrabant Pharisæi, in Patrem, an in Christum? In Christum. Ait namque Evangelista: *Murmurabant Pharisæi & Scribae. Quare? Sequitur, quia hic, Iesus, peccatores recipit & manducat cum*

Amb. 1.

eo in Luc.

6. 22.

Act. 1.

Joan. 14.

Psal. 13.

Luc. 15.

cum illis. Pronomen demonstrativum *hic*, denotat Christum, cuius paulo antea meminerat Evangelista. Neque possunt quæstulæ istæ voces ad literã, & secundũ propriũ vocũ sensum dirigi ad personã Patris, qui, quanquã possit peccatores in gratiã recipere, non potest tamen accedi accessu visibili & corporeo, neq; cũ peccatoribus possit ipse visibiliter manducare: verũtamen accessus peccatorũ corporeus, vera conuiuatio iusti cũ peccatoribus murmuris dedit Pharisæis: peccatores vero corporaliter appropinquabant ad Christum, ipseque verè manducabat & bibebat cum illis. De ipso ergo, & propter ipsum suscitatum murmur. Porro, responsa inquisitioni conueniant oportet. In iudicium vocatus, omne robur defensionis vertit ad purgationem & defensionem sui, non alterius cui acculator nullus, omnium cacchinis alioqui excipiendus: siquidem obijceretur ilicò, *De alijs interrogatus, de cepis respondes. Nihil ad rem. Ista nihil ad car. uam, neque enim hoc interrogabam.* Christi vera sapientiã diuinã & infallibilis aduersum altercationes & quæstiones Pharisæotum in se quadratas, erat opponere virum in similibus irreprehensibilem, quem alius tunc non referebat nisi Christus ipse, irreprehensibilis peccatorum susceptione. Quoniam Pharisæi tum temporis non accusabant Patrem, sed vicè & solummodò Christum, ipse erat remis & velis, manibus pedibusque adlaborare in purgationem calumniã hac parabola, & eam præferre suppositionem, quæ se propriè respiceret, ineptè Patris personam, tum non vocati in iudiciam. Itaque statuimus hominem hunc, patrem prodigi non alium litteraliter, quam Iesum ipsum.

4. Atat, estne Christus pater? Speculum pellucidum & verum exemplar perfectæ virginitalis nonne cõstituitur eum? Christus non obstante suo perpetuo exlibatu pater est; non qualis progenitores communiter liberorum, quos propria substantia gignunt, aut qui esse, quo gaudemus suo esse tribuunt, vel filij ipsius simus naturales, vti ipse Patris pater

*Hom. On. diff. n. * Lucianus in Philo. pseudo. Vlpianus in Pandectis l. 11 de interrogatorijs action. c. 12. Horat. in arte. Ampho- ra caput, institui corrente rota cur viceus exit? Christus vt pater. Aug. 10. 3. l. Ench. 6. 39 & 40. Mag. l. 3. d. 4.*

Nec lumbrici nec capilli filij hominum, etsi nati ex eis.

1.
Ratio. Grego c. 1. Reg. 7. 89. 14. Aug 10. 6. contra Adm. c. 5. Exodi cap. 17. 21. 40. & 1. Reg. 8.

Tripliciter filiorum nomen accipitur; secundum naturam; secundum doctrinam; Filij Apostoli, qui ab eo doctrinam acceperunt; secundum imitationem.

Adde secundum causam in aliquo genere causam.

Virg. 2. AEncid. Beda, 65 habetur 14. q. 5. Quibus.

beris.

ni naturalis est filius: ut enim quod ab alio nascitur non semper dicitur producentis soboles, inquitente D. Augustino; sic è contra non est necessum quocumque dicuntur alicuius proles ab ipso esse genitas (quam proprie dicamus prolem, productam & genitam à viuente secundum eandem speciem & naturam; estque duplicis generis, legitima, & illegitima, uti norunt Iurisprudentes) sed & parens dicitur, qui bonum, malum, docet. Ac plerumque exteror dicitur eorum proles quorum videmus mores aut virtutis aut vitij referre. Sic dicuntur Abrahæ filij, qui vestigia ipsius sedulo sectantur, signanter fidei virtutem. Sic dictio filius sumitur pro imitatione seu discipulo

Deinde D. Gregorius in psal. 101. scribens, filios interemptorum appellat sectatores & imitatores Martyrum. Et in Ezechiele, filiabus Samariæ & Sodomæ non tam signatur maledictæ illius gentis maledicta progenies, quam gradientes per semitam scelerum, quæ calcarunt priores Samaritani & Sodomitæ. *Qui facit peccatum ex diabolo est, quonia ab initio diabolus peccat.*

Ira Dominus Iudæos quosdam perstringit nomine filiorum diaboli; & quasi rationem assignat dum ait: Et desideria patris vestri perficere vultis. Alijs similiter in innumeris locis per filios intelligimus sectatores cuiuspiam; quod ut plurimum liberi sequantur mores vel laude vel vituperio dignos progenitorum; adeo ut si per omnia ipsis non fuerint similes, adulterini & spurij dicantur. Sic Priamus Rex Neoptolemum magni Achillis Græcorum in obsidione Troiæ ducis natum, parente ferociorem salaci exprobratio suppositij & adulterini momordit dicens:

*At non ille satum que te mentiris Achilles
Talis in hoste fuit Priamo, sed iura fidemque
Supplicis erubuit: corpusque ex angue sepulchro
Reddidit Hecloreum, meque in mea regna remisit.*

Venerabilis Beda quoque dicit, quemque progenie cuius opera facit. Cuius quisque opera agit, eius & filius est. Quomodo Angeli, & sancti qui Spiritus S. gratia adscri-

descripti catalogo adoptiuorum Dei, faciunt opera lucis & Dei, dicuntur filij lucis, filij Dei. Ita S. Ioannes c. 1. Euangelij. Nihil ergo inauditum, si Christum, saluo ipsius æternum cælibatu, dixerimus patrem, quod nos factu & verbo docuerit benè viuere: *Notas mihi se- cisti vias vitæ.*

Alij tri- buunt Chrysof.

Facilè concedent vniuersi, nec inficiabitur quisquã, II. probæ vitæ omnes & Iesu Christi imitatores sedulos, ipsius sobolem esse: ast si prodigum, vita peruersum, eius quoque dixerò filium, quis adstruet? Prodigum, qui nihil minus quam Iesu Christi Redemptoris nostri vitæ tenebat vestigia? Attamen, & prodigum & alter dicuntur filij eiusdem parentis. Itaque dico, vt super his fiat satis cuique, non solum de præsentì bene picque viuentes nominari filios Dei, sed & quos Deus præcognitione sua æterna præuidit aliquando transi- turos ad fidem, & se subacturos iugo præceptorum suorum; et si ad præsens, & instanti eodem quo dicuntur filij Dei, nil sint minus, quin potius iurati hostes Iesu Christi. Ita S. Joannes differens de Gentilibus tunc adhuc Gentilibus, nominat filios Dei; non quia tunc temporis, sed quia aliquando futuri. *Iesus moriturus erat pro gente; & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Ibi Gentiles, tunc temporis adhuc gentilitatis tenebris obcæcati, adpellantur filij Dei, quia futuri secundum præcognitionem diuinam.

Christus etiã pater prodigi.

Ioan. 11.

Amplius, quis ignoret benè patrem, eius quem cro- auit? Qui te suo habet sub impetio, qui te plasmauit, qui te fecit, non ille pater tuus, inquit Moyles? Num- quid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & cre- auit te? Lucretius: Denique cœlesti sumus omnes semine cresti: Omnibus ille idem pater est.

III.

Deut. 32.

Aratus Poeta à D. Paulo relatus Act. 17. *Ipsius enim & genus sumus, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra.* Clausula est heroici in Græcis.

Si ego qui generationem alijs tribuo, ipse sterilis ero, dicit Dominus?

Qui gestamini à meo utero, & portamini à mea vulua.

De Iesu Christo dicitur in initio Genesis: *In principio creauit Deus coelum & terram*; In principio, secundum aliquos, id est, per manum & potentiam principium & omnium rerum, qui & Christus secundum diuinitatem; Deus Pater fecit celum & terram ex nihilo: Ita exponit Rupertus in ter alios, & Magister sent. l. i. dist. 2. Et si ita est, ut est, quod opera SS. Trinitatis (Theologis ad extra) sint indiuisa: id est, quod opera Dei uniuersa sint singulis & omnibus personis SS. Trinitatis, Patre non operante, nisi cooperantibus Filio & Spiritu sancto simul; cum crearet Pater genus humanum, dicimus Christum, seu personam secundum in sacra Triade, nos quoque creasse, similiter & Spiritum sanctum; ut insinuare sedetur textus hebraicus, qui, ubi habemus *Deum*, dicit *Elolym*, plurale à singulari *Hel*, usurpans plurale, u ostendat non unam personam sanctissimam Trinitatis operi se accinxisse creationis nostrum, sed plures, easque tres concorditer. Quod Christus cuncta fecerit unam cum Patre testatur apertis uerbis dicens: *Quaecumque enim Pater fecerit, haec & filius similiter facit*. Et S. Ioannes: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*.

Ioann. 5.
Ioann.

II II.

Adhuc, dicitur optimè pater noster, qui ad nos se habet ut pater, nos sustinet, protegit; ea figura qua dicitur quis uulpes, leo, & sathanas, aut aliquid, quod non est propriè, quoniam opera eorum facit.

Lactant. l. 4. instit. c. 3. *Pater idè appellandus est, qui nobis multa & magna largitur. Dominus idè, qui castigandi ac puniendi maximam habet potestatem; & qui mundum uniuersum redemit pretio sufficienti, & superabundanti, etsi non omnibus proficuo. Concludamus.*

Quantumuis prodigus iste non mereatur Iesu Christi filij nomen splendidum, est per creationem, nepe creatura Dei ut omnium sanctitate magis perspicuus. Etsi non sit filius Dei, nec Iesu Christi merito suo, est redemptione, cui scilicet pars est in pretio passionis communis nostri parentis Christi, haud inferior quam alteri. Est quo-

quoque experimento & usu benefactorum, alimenti, aliorumque à munifica liberalitate Dei fluentium, ut & cæteri. Est ergo filius Iesù Christi ipseque pater eius.

Supereft nunc comperto parente, inquirere de liberis, scireque quid uterque designet. Nulla hic difficultas: nec tamen producam meam sententiam, quin prius eruditionem prætorum præceptorum meorum placita commemorauero. Et ut statim de prodigi patre differre opinionibus aliquos visura est; sic in diversa abire expositores deprehendo in horum filiorum significatione.

Meminit S. Joannes Chrysostomus opinionis satis dura, quam referunt D. Thomas, & alius quidam neotericus, quæ habet, quod senior filius denotet Angelos & Archangelos, siue omnes militiæ cælestis præliatores; iunior, hominem, qui sane in regionem abiit longinquam, quando cælo & paradiso suo excidit, id est, quando parrauit peccatū, per quod paradiso, quæ, cœu regionem cælestem incolebat, eiectus est. D. Ambr. circa finem comment. in hoc caput, *Adam*, inquit, *et nos* in illo cæ.

Carolus Bouillus ait. *sensum inferiorem huius parabola esse ut per senioreem intelligatur genus Angelorū; per iuniorem species hominum conclusa est sub peccato. Qui huius sunt opinionis contorquere conantur textus lectiæ ad innocentiam & lapsum protoplastorum. De hac expositione habes censuram S. Chrysostomi: Hic sensus prius quidē videtur, nescio tamen si verus sit; quia, inquit, hic iunior reuersus domum, stimulatus memotia pristinae scælicitatis, & parentis, inquit textus: Christus è cōtra ad nos descēdens vocauit ad pœnitentiā genus humanū nihil minus cogitans quā reditū. Deinde, qui agrè ferrent Angelij immolationem vituli saginati, mactati in reditum peccatoris pœnitētis, dicente Christo paulò ante, gaudium esse angelis super peccatore pœnitentiam agēte? Ex quo patet hanc opinionē non facere satis S. Chrysostomo. Nō placēs tāli, tantoq; viro, nec mihi vsq; placere potest. Itaq; inde*

Prodigus & frater eius quid significet.

I.
D. Chryf. ro 2. hom. de hac re: Hac eadē homil. legitur apud Hieronymum part. 3. ep. tract. 15. epist. 61. tit de duobus filiis frugiferi.

D. Thom. in cath. aurea. Cl. Guiliandus in serm. Angeli & Adā. dicit docendū gratia.

imitam

II. Quia posterior ad Christum redijt ali quando, per adolescentiam filium significatur electi.

Hier. tra. 2. p. 2. e. pist. 15. ad Damas. Aug. l. 2. post. E. uag. c. 23. not. 10. 4.
 finitam mittentes tanquam non literalem, ad secundam transeo. Estque asseuerantium per filios istos duos literaliter intelligendos populos binos diuersos, per alterum Iudæorum; Gentiliū per alterū, cuius aiūt iuniore referre germanā effigiē. Quā expās vnus amplectitur D. Augustinus; & vt apparet, S. Hieronymus, qui ad Damasū Papam scribens, prosequitur fusc hanc expositionem; deinde attingit leuiter de iusto & peccatore. Ipse tamē S. Hieronymus scrupulum soluit, expositionem hanc dicens mysticam, vt mox dicitur. D. Augustini verba sunt hæc: *Homo habens duos filios, Deus ad duos populos intelligitur, tanquam stirpes duas generis humani, vnā eorum, qui permanserunt in vnus Dei cultu; aliam eorum, qui vsque ad colenda idola deseruerunt Deum.* Et post: *Maior ergo filius ad cultum vnus Dei pertinet.*

Jsidorus, clarius videtur interpretari primò de misericordia Dei in gentes. De populi gentilis adolescentia, vide Ambrosium Isa. 3. & p. 118. Et Greg. super 2. Reg. 15.

S. Amb. l. 7. com. in Lucam cap. 15. Beda in hunc textū Luca. Cornelius Iansen. nō reicit omnino. Chry. to. 2. hom. de hac re. Gorran. similiter commēt. in Lucā.
 Et si verò S. Ambrosius sumat iuniorem pro peccatore, non tamen videtur reluctari dicentibus his filijs denotari gentem geminam, iuniore Gentiliū, seniore Iudæorum, *Nec inuidemus* (ait) *si quis duos fratres istos velit referre ad populos duos, vt sit adolescentior, populus ex gentibus &c.* Sequitur opinionem præceptoris & familiaris sui S. Augustini venerabilis Beda, serè iisdem vsus verbis: *Maior, inquit, filius eos qui in vnus Dei permanserunt cultura, minor eos qui vsque ad colenda idola Deum deseruere, significat.* Quos sequuti sunt plurimi Authores optimi, vt S. Bonauentura, Dionysius Carthusianus, alii que multi nostri seculi. Quæ opinio non videtur mihi admittenda litteralis, & ad sensum in quem directè tendebat Christus, sed tropologica, vt verò dictis fides habeatur, S. Ioannes Chryostomus apertè satis eā refutauit, dicens loco prænomato: *Annectit Dominus parabolam de duobus filiis, comparationem, vt mihi videtur, faciens non de Iudæis trans-*
 gres-

gressoribus, neq; de gentibus perditis, sed populi eius qui pe
 penitentiam saluti redditur. Reicit pariter S. Cyrillus, *Cyrillus*
 dicens populum Iudaicum veraciter non potuisse al
 legare; Mandata tua nunquam transgressus sum. Et S. *in Cath.*
 Hieronymus scribens ad Damasum papam dicit, in
 interpretationem hanc omnino mysticam: Filium iunio
 rem secundum presentem parabolam in publicanis & pec
 catoribus, qui à Domino ad penitentiam prouocaban
 tur, debemus accipere: secundum mysticos autem in
 tellectus de futura quoque vocatione gentium prophe
 tari.

S. Thom.

*Ioannes
 maior cō-
 men. in
 Lucam.*

Idem: Quae parabola si per allegoriam esset dissertio to
 ta, hac in istis duobus filis Gentilem & Iudaicum popu
 lum loquitur.

Simon Cassianus l. 6. cap. 16. de gestis Saluatoris, in
 illud. Erat autem senior &c. Sensum superiorem aut alle
 goricum.

Nostra horum ratio est, quod statuamus
 Christum appositè respondisse hac parabola ad calū
 nias Scribarum & Phariseorum in se, quia peccatores
 & publicanos suscipiebat. Nequaquam verò in pecca
 toribus, de quibus ipsis erat tunc sermo intelligebant
 Gentiles, sed suae gentis sceleratos, quorum publica
 ni alij, alij notoriis criminibus infames. Et si enim pri
 dem Publicani dicerentur, qui vectigalia aliosque cen
 sus populi Romani certo pretio redimebant (quales
 sunt hodie mancipis Principum) vti sonat dictio Græ
 ca in textu *τελωται*; munus sane quondam Romanis
 splendidum, & per solos equites Romanos admini
 stratum, vti liquet ex Cicerone, pro Cn. Plancio, tomo
 2. orat. qui dicit: *Adiungam, si vis, id quod tu etiam huic*
obesse putas patrem publicanum, qui ordo, quanto adiu
mento sit, in honore quis nescit: flos enim equitum Roma
norum, ornamentum ciuitatis, firmamentum Reipub Pu
blicanorum ordine continetur. Ac quoniam Iudæi hoc
 ipsum munus administrarunt, audebimus publicanos
 tam humanè à Domino susceptos, non fuisse Gentiles,
 sed Iudaicæ gentis. Si obicias Tertullianū, arbitrantē
 publicanos & peccatores, cum quibus manducabat
 Chri-

D. Aug. l.
2. de civ.
ca. 4. vo-
cat exa-
tores eos,
qui gracè
dicuntur
τελωται.
Tert. l. de
pudicitia

Hieron. p. Christus, fuisse exteros, dicente scriptura, quod publicani non essent futuri, id est esse non possent de Israelico populo; ocyus in arenam descendens S. Hieronymus stat pro me, & Tertullianum refellit, dicens S.

mliter 146 Matthæū, è circūfione, fuisse publicanū; vti etiam qui templum ingressus cū Phariseo non audebat suscipere. Certè haud vti osimile est paganū se ingessisse in templū, ea reuerētia; neq; Christum vllatenus māducasse cū infidelibus; maxime qui id summopere caueret, potissimū ne legē infringeret, & qui venerat primū ad o-

Matt. 15. Chanaanē vrgenti se instantia precū; addens, non sumendum panem filiorum, vt daretur canibus. Et alibi præceptum dans discipulis, infir: *In viam gentium*

Matt. 10. *abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraveritis.*

Hinc, sequuti D. Hieronymum inferimus contra opinionem Tertulliani, publicanos istos haud denotare propriè Gentiles, ast potius quosdam Iudæos publicani gerentes officium, ac per hos omne genus peccatorum, infidelium & Iudæorum, signanter publicos, impudenter offendentes publicè maiestatem Dei; quibusdam dicto: publicanos, sequutis vti rgor, & etymologiam apparentem istius dictionis. *Publicani nonnullis dicti, quasi publicè peccantes, & quasi publicè exercentes artem aut questum, cui peccatum non deerat. Publicanus forè quasi publicatus.* Adde, dictionem latinam *publicanus*, Græcis dici è τειλορ υρτ, aut τελωνς, quæ non significat solum ordinem publicani siue exactoris vectigalium, sed nonnunquam homicidam: vt certe sunt peccatores omnes, vti peremptores & sicarij animarum suarum; iugulatores eius, quo olo sumus homo. Iuxta quæ optimè per publicanos illos interpretamur secundariò omnigenos peccatores. Stantes ergo cum S. Hieronymo, non admittimus pro litterali hoc loco expositionem, quæ tenet seniore filio referri Iudaicam gentem, prodigo gentiles, ast pro allegorica, qua, Deo dante, tempore & loco congruis vtemur, vti & alijs.

Præter supradictas occurrit alia dicens per seniore
intelligi simpliciter omnes iustos; & in genere pecca-
tores omnes per adolescentiorem. Ita videntur sentire
S. Athanasius, S. Cyrillus, & post ipsos nonnulli recen-
tiores; cuius etiam meminit S. Hieronymus. Seniore,
ait, multis simpliciter ad omnium sanctorum personam; mul-
ti proprie ad Iudeos referunt. Quin sanctus Hieronymus
ubi fuse diduxisset seriem expositionis de iusto & lu-
dao, tandem exponit textum de iusto & peccatore in
genere.

Vnum facessit molestiam quondam magno illi Hi-
eronymo, id ipsum & alij potest nemp: si iustum re-
fert senior, vt quid describitur obmurmurans, & iniu-
dens salutem peccatoris? Qui feruet furore & ira im-
placabili, eo vsque, vt miseria fraterna, humilia patris
monita, totius familiarum commune gaudium sedare ne-
queant furentem passionis tempestatem? Item, qui di-
catur iustus, eò præsumptionis & mendacij assurgens,
vt dicat cum seniore, Nunquam mandatum tuum præ-
teriiui? Namque saluti inuidere alienam, gloriari & ostē-
tare præstitam obedientiam, transgredi est manda-
tum Dei. Deinde, Quis potest dicere, mundum est cor-
meum, perversus sum a peccato, inquit Salomon? Non est ho-
mo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Quin
S. Apostolus Ioannes, geminus innocentiam archety-
pus; ait: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus,
ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Quin, in-
quit Deum mendacij arguimus: Si dixerimus quoniam
non peccauimus, mendacem facimus Deum, & verbum
eius non est in nobis. In psalm Non iustificabitur in con-
spectu tuo omnis viuens, neque Apostoli, nec Martyres.
Quid aio, homines cōceptos & quasi pistos cū pecca-
to? Altius scando; neq; Angeli, neq; Throni, neq; Do-
minationes, neq; Potestates, neq; virtutes cætera oēs
se sine exceptione gloriabūtur. Nec ideo habēdus blas-
phemus effrōs hæc proferēs de Sāctis Dei; id ipsum, n.
p̄dicatur de Angelis & oraculis Iob qui asserit: Sydera nō
sunt mūda in cōspectu eius, & cetera Angelos suos p̄uersum
ad int̄ allos. Ita est, vniuersa iustitia Angelica & huma-

III.
D Hier.
ad Dam.
Ath. l. qu.
q. 46.
D. Amb.
co. in Luc.
Iansen. in
concor.
Dys. Car.
D Ioan.
Gagn. in
comm.
Disz. t. 1.
Quadr. 7.
Franc. de
Maro in f.
Ioā. Mā.
comment.
in Lucā.
Lyranus.
Obiectio-
nes duz.
Prou. 18.
Eccles. 7.
1. Ioan. 1.
Ps. 147.

Iob. 23.

Isa. 64. na composita ad micantem splendorem iustitiæ & perfectionis nostri Dei, nihil minus quam iustitia est, quin potius iniustitia. Et ut ait quidam vates alius, Omnes nostræ iustitiæ in hunc modum examinatae, sunt tanquam pannus menstruatae. Quid ergo? Nulla in cælo, & sub cælo creatura iusta? Minime, ad hanc normam, & secundum hunc rigorem.

Responsio Verum, deprehendimus iustos iustitia viatorum ad obie- (inquiunt Theologi) ea iustitia scilicet, cuius caput est infirmitas & fragilitas nostra humana; in quam invidia & zelus cadunt nonnunquam, ut accidit huic seniori; similiter Apostolis, vxore Zebedæi stimulata pietate in natos materna, supplicante humiliter coram Christo pro promotione charorum pignorum: Et viatoribus, qui ubi à mane in vesperam laborassent & defudassent, plurimum in vinea, accepto denario di-

Hiero. ad Damas. urno, dicuntur murmurasse, (per quos S. Hieronymus vult intelligi iustos) ac nihilominus obtinuisse mercedem & denarium vitæ æternæ, qui non nisi iustis tribuitur. Igitur tamen si liuidi, & parum animo ægri, habentur iusti. vnde sequitur nomen iusti non includere omnem omnino exemptionem huiusmodi fragilitatum humanarum, vtpote, alicuius inuidiæ, nonnullæ presumptionis de seipso, exiguæ vanæ gloriæ, aut parvulicuius mendacijs. Neque iustus septies in die cadens, iusti nomen amittit. Sic exiguus liuor senioris in prodigum, non impedit quo minus hic senior designet omnem generis iustos.

Prou. 24. **Responsio** Quærum ad mendacium, cuius verisimiliter non potest senior filius, quia dixit intrepidè, a se nunquam præuaricatum præceptum patris; nimium emungitur hoc pacto veritas; plus æquo delibatur ille. Deinde secundum rigorem, potest haud procul à vero defendi; audeam libenter omnino non mentitum demonstrare euidenter. Potest siquidem dici loquutus hyperbolicè; quo dicendi genere transcendimus veritatem, absque mendacio tamen, quod non adfit fallendi animus, omnino requisitus ad completum mendacium secundum D. Augustinum. Nec enim intendimus

dem adhiberi nobis prout littera sonat, sed vt se res habet, vt sit scilicet valde magna, vel valde parua; multū frequēs, multū rara; atra, candida, aut aliter. vt si dicamus esse immēsā, pro prāgrādi; nihil esse, p̄ exigua, sēper, p̄ sēpē; niue cādidiorē, pro multū cādidā; carbone atriorē, pro valde nigra. Quod dicendi genus venustum est & perelegans, nedum profanis scriptoribus vsitatum; nedum Poetis, liberioribus in similibus, sed & oratoribus, quin interdum * sacra scriptura. Exempla. Dicente Deo Abraham multiplicatum iri semen eius sicut sydera, & arenā in littore maris, quis nesciat ibi exprimi posteriorum eius numerosam sobolem? *Faciam semen tuum sicut puluerem terra: si quis potest numerare puluerem terra semen quoque tuum numerare poterit.* Eodem artificio vtitur s̄ Ioannes Euangelij sui capite vltimo, dicens mundum non posse capere vniuersum libros conscribendos, si omnia Christi signa, miracula, praeclata gesta essent per ordinem recensenda; hyperbolicē indicans ingentem numerum miraculorum & sublimium operum, multitudinem apophthegmatum & dictorum memorabilium Redemptoris, vti exponit s̄ Cyrillus, tamen si alij aliter interpretari sint conati: Augustinus tractatu 24. ad animorum humanorum capacitatem refert. Hieron. Matth. 21 ad incredulitatem seu infidelitatē. Similis quoque figura habetur Ioannis 12. *Ecce mundus totus post eum abijt;* vbi disserit vt tabesceret liuore & inuidia animi Pharisaeorum, cernentium numerositatem populi sequentis Christum, signanter post resuscitationem Lazari fratris Marthae & Mariae. De quo dicendi genere scribens Doctor litteralis, dicit frequenter loquutiones istas similes vulgaribus his: Mundus totus ad forum cōfluit. Nemo erat in templo. Vniuersa ciuitas currit ad spectaculum. Nullus adfuit, id est pauci, iuxta vulgatum placitum Philosophorum, aietium, quod parum est reputari pro nihilo; & quod rarū fit, fieri nunquam.

*Vide Au.
epist. 59.
ad Paul.
linū, rō. 2.
Gen. 13.

Cyrl. 1. 12.
cap. 68.

Ioan. 12.

D. Hieronymus tomo 3. epist. ad Damas. de Prodigio: *Canon est scripturarum, Omnia non ad totum referenda.*

da esse, sed ad partē maximā, ut ibi, oēs declinauerūt. Si igitur hæ loquutiones (vti iā diximus) reperiantur in scripturis sacris, & hic igitur sequamur canonem istum (vti verissimiliter sequendus est) dicemus fueritō seniore filium non mentitum, dicendo, se nunquam deuiasse à mandato paterno. Siquidem hoc modo hyperbolico non intendit suadere ad rigorem sermonis; se nunquam deliquisse, sed raro; aut noxulas tā tenuis & veniales perpetrasse, vt non mereantur recenseri.

Satis ferè disputatum ad demonstrandū senioris filij dictum mendacio vacare, nihilq; obstare quia moraliter quemque iustum referat; verum vt planum fiat huius opinionis fautores egregijs argumētis inductos hanc expositionem adduxisse, in gratiam veneranda antiquitatis alias elegantes binas rationes superaddemus.

II.

Matth. 9. Prior. Dicimus quempiam iustū (tameñ peccatis

viduum liuidumq;) quia iustus solūm opinione hominū. Hanc dicendi formam vsurpās aliquando Redemptor, dicebat: *Non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Hier. 10. 5.

in 28. c.

Jerem.

Idem 10. 9

l. 2. comm.

in c. 14.

Matth. in

illud,

Cōtristatus est Rex

&c.

3. Reg. 18.

Ad Tit. 1.

Dixit quidam ex illis proprius ipsorum

Propheta;

loquēs de

Epimenide.

que ad morē scripturæ sacræ tribuentis sicquēter quibusdā rebus nomina, non quod tales sint vt nomē ferit propriè, sed quia quondam tales habitæ, aut habentur adhuc vulgo, quo tempore res agerentur quas recenset historia sacra. Non profero somnia aut commenta mea propria, sed placitū magni illius S. Hieronymi scribētis in Ieremiam: *Mos est scriptura multa dicere iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur, nō autē iuxta id, quod rei veritas continebat.*

Consuetudinis scripturarum est, vt opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur.

Libris Regum, nonne ministri Baal dicūtur Propheta, nihil mirus quā Prophetā redolentes? Quorsum tam illustri nomine donat eos scriptura? Solummodò quia tales vulgi opinione. Ezechieli dicitur: *Vaticinare ad Prophetas Israel &c.*

Vbi congeries pseudoprophetarū dicuntur prophetæ, ex opinione, quā cōceperat populus de illis. Sic Ieremias præmonēs suos, ne ab istius farinae Prophetis demulcerētur, ait: *Non vos seducāt Propheta*

registri.

CONCIO TERTIA.

83

vestri, Neque in solis testamēti veteris libris, sed & in noui crebro occurrit huiusmodi loquutio. Habemus .n. ex S. Marthæo sydera è cælo casura; neque tamen cadere verè, Quid ergo? Superfeminata sunt zizania agris scripturarum sacrarum? Absit. Dicuntur casura, quia videbuntur hominibus cadere. Et ne super his in longum abeat oratio, illustre exemplum præ cæteris faciet nobis satis. In S. Luca post prædictiones & vaticinia iusti Simeonis dicuntur pater & mater Iesu mirati super his, quæ dicebantur de illo, vt quid Iosephi ibi dicitur Iesu pater? solum, quia opinione hominū, non autè verè; nā præter sustentationem, nil aliud contulit, vt, egregiè docet D. Hieron. scribens in maledictū illum blasphemū, & orroscor cum vnicum Dominæ meæ. Virginis & matris mei saluatoris *Contristatus est Rex: propterea, & surandum autem, eos qui pariter recumbent; iussit dari. Dicit hoc dici, non quia verè contristabatur, cum potius gauderet, sed quia hoc discumbentes opinabantur. In resurrectione Christi dicuntur assistisse duo viri, qui tamen erant Angeli. Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Nos stulti propter Christum. Refert igitur hic senior iustos, non secundum veritatem, sed sola hominum opinione iustos, potest responderi.*

Deinde, eadem scriptura diuina quandoque tribuit nomina rerum verè talium, alijs solam verarum similitudinem habentibus, In multis sacra scriptura locis, imaginatis rebus verarum rerum nomina tribuuntur, inquit S. Augustinus. Serpens æneus, Iesu Christi figura, dicitur serpens, ob similitudinem quam habebat cum vero serpente. Imagines aureæ binæ, quas Dominus præcepit Moysi collocari in lateribus propitiatorij, vt pennis suis contingerent illud, dicuntur Cherubim, ob similitudinem Cherubim quam referebant. Similiter, in structura templi Salomonis, multis tribuuntur nomina rerum, quarum ipsis apparentia sola, vt reticula, mala punica. Ac dæmon laruatus sub corpore phantastico simili Samueli, & vaticinans simulatus Samuelem dicitur Samuel; non quod verè, sed quia habitum vultumque referebat, & Samue-

Matt. 24.

Luca 2.

D. Hier. 1.

9. l. 2. cōm.

in 14. c.

Matt. 21.

Iosepho-
carum pa-
trem Iesu

etiam à
Maria pater

hanc re-
gulam.

Matt. 14.

Hier. 10. 2.

commen.

Luca 24.

1. Cor. 1.

1. Cor. 4.

Aug. 10. 3.

l. 2. 2. de
mira. sa. 6

script.

Num. 21.

Exod. 25.

3. Reg. 7.

1. Reg. 28.

Aug. 3.

lis verba effaretur Ita sentit D. Augustinus, tamen si nō ignorem alios tenere contrarium. Quinq; mures aurei cum totidem anis aureis, appentate lateri arca Domini per Philisthæos in capsula, cum remittenda esset consilio Satraparum in castra Israei, dicuntur mures, erant tamen murium & anorum figuræ & similitudines. An non constar dari Neronem scite simulantes humanitatem & grauitatem, vt facile latrones dicas; & tanto artificio hypocritis personam dissimulare, vt qui nummum non norit, non raro æream hunc auro obductum pro auro optimo accipiat, probataque vite viros prædicet, quia ipsis similes? An de huiusmodi iustis incendant sermonem, qui per hunc seniore, probū, inculparumq; haberi voletem designari volunt iustos, quis sciat? *Nunquā mori datur tuū præteritū; nunquam, nunquā.* Si hoc modo sumat, potest cōcedi aliqui literæ.

Præterea, frequens est scripturis, aliqua signata nominibus quæ ipsis non cōueniunt, quia talia in præsentia, aut quia quondam verè talia Ita Adam mundi in primordio adpellauit vxorem suam, *Hoc nuncos ex ossibus meis & caro de carne mea.* Sic sacrosanctum Christi corpus sub speciebus panis occultatū, quia parlo ante verba cōsecrationis mecerus panis erat, post verā & ineffabilem transubstantiationem factam dicitur interdū panis, non quod sit amplius, sed quia fuit panis. In actis Apostolorū dicuntur nouelli Christiani perseuerasse in oratione, in doctrina Apostolorum, in cōmunionem fractionis panis, quo communiter & Catholicè interpretamur significati manducationē realē corporis Iesu Christi. Eodē modo, eademq; ratione S. Paulus scribens Corinthijs, augustissimum hoc sacramentum

1. Cor. 10. vocat panē, vt demonstrat Doctor quidam Parisiensis in sua Panoplia Catholicorum. Sic Simoni Pharisæo (in cuius ædibus Maria Magdalena quondā perditā & dissoluta valefecit nuperis suis vanitatibus mundanis, educēs ab oculis, sagittarijs & pridē amorū venatoribus torrentes lachrymarum, & propericulo abstergendis pedibus assumens galericulum auratum, quo hæctenus ceu reticulis & laqueis amasiorum suorum

in illud 1. Cor. 10. panis que frangi-
mōs.

rum

rum animos intricabat; & pigmenta cōmutans in vinguēta Redemptori) tācti a lepra mūdato, adhæsit nomen leprosi: Et Christus dudū depositus de cruce, in dō regnans in dextera Patris, dicitur crucifixus, quod sonat, quasi cruci affixus clavis, non quod sit adhuc, sed quia fuit aliquando. Quid vltra proferā? Christus dominus noster agens cū discipulis ad se missis à Ioanne prodromo suo in vincula coniecto, ait: Ite & renuntiate Ioanni: Cæci vident, claudi ambulāt, leprosi mundantur, surdi audiunt, muti loquuntur: Si cæci; qui vident? Si claudi; quomodo ambulāt? Si leprosi quare ratione mundi? Si surdi; qui audiunt? Si muti; vtr loquuntur? Nihilominus veritas dicit claudos, & ambulantes; surdos, & audire. Dicuntur itaque tales, non quia tales, sed quia quondam tales. Concludendo dicamus hunc seniozem significare iustos posse tolerari, si per iustos accipiantur apparēter tales, aut qui quōdam fuerunt iusti. Parum certē abest quin manibus pedibusque eam in hanc opinionem, ceu litteralem admittendo.

Matth. ix.

In senso diuino nō in sensu cōposito.

III.

Ceterum, ne huc illuc vacillet quispiam, confertis tot parataphis, congestisque opinionibus varijs à diuersis Doctoribus desūptis; paucis habetore placitū & iudiciū meū, quod submitto humiliter ac lubēs pedibus Ecclesie Romanae, & censuræ perspicaciorum. Dico per seniozem primariō & proprie sumi Pharisæorū murmurantium conuentum, quia benignè peccatores & publicanos recipiebat Dominus; per adolescentiorem prodigū, publicanos illos, & peccatores illos, quorum gratia scommatibus & cauillis impetebatur Dominus.

a. Glossa interlin.

b. Ioannes Maior.

c. Albert. Mag. in Lucam.

D. Bern. Sen. r. s. s.

Sen. r. s. s.

Adhæc, indirectè siue moraliter, senior referens Pharisæos, denotat oēs iustos quali quali iustitia, a sibi & cæteris præter sanctitatem suam nil aliud spirantes. *b. Ioannes Maior.* Aut tepidos, non vrgentes gradum de virtute in virtutem, quod est retrocedere, ex sententia D. Bernardi: *c. Albert. Mag. in Lucam.* aut peccatorem non publicum. Adolescentior verò gerit figuram peccatoris verè pœnitentis, qui corde contritio & humiliato pectus tundit, torus solatur in lachry-

per iuni lacrymas, & ex peccatore publico, conuersionem
orem ait, suam comprobat, uti alias Magdalena, Matthæus, Za-
significa chæus, Paulus, & alij innumer. Quæ acceptio & expo-
iti potni sitio nostra, mihi videtur omnino probata & stabilita;
tentem. diximus enim supra Christum ad rem respondisse; in-
tendendo perstringere Pharisæos obmurmurantes, &
tueri partes Publicanorum & peccatorum; quorum
gratia calumnia ista assurrexerant. Pro hac sententia
mihi Arcturus erit, Ordinis nostri fulgens Stella, quæ
hoc loco ceu fidum ducem sequar, donec potior Phæ-
bus alius ducatum præbeat tutiorem. Quod autem
sensus moralis, quem obiter notavi, non sit adulteri-
nus, dudum determinatum est à S. Ambrosio, sumente
iuniorum pro peccatore; similiter D. Chrysostomo,
loco supra citato, & alijs sequentis tertiam opinionem;
sanè non vulgaris autoritatis, & paucis numero. Hæc
est sententia quam tenebo in decursu nostrarum con-
cionum; nihilominus memor subinde aliarum opini-
onũ, eas haud obscure attingēdo; ut hinc liqueat nō o-
mnino à nobis despici, ast potius amplecti & suscipi,
aut ut allegoricas, aut morales, aut aliter, iuxta ali-
quem ex quatuor modis interpretandi scripturas.

*Didacus
Stella in
Lucam.
Amb. l. 7.
com in c.
15. Luca.
Chrys. 10.
2. hom. de
prodigo.
Erasmi in
paraphra-
si Luc.*

V.

Nec omitam, Deo fauere, quin obiter meminerim
eorum quæ insignis ille Doctor Alphonsus à Castro,
castrum profecto & propugnaculum inuincibile, suas
fortiter aduersus hæreticos, habet, l. i. iustæ punitio-
nis hæreticorum cap. 21. nimirum res prodigi aptius &
rationabilius intelligi de hæreticis, nō obstante quod
communiter exponantur de peccatoribus, ea ratione
quod soli hæretici dicantur propriè egressi domo pa-
terna, quæ est Ecclesia Catholica.

Nunc missio fusiori sermone, meminerimus, quod
etsi Pater æternus dicatur homo, utique ipsa humani-
tas, bonitas, mansuetudo, totus socialis, & consortium
nostri deperiens; cuius, tanquam hominis meminit
scriptura, à similitudine quam ad inuicem habemus;
amore in nos quasi totus transformatus & mutatus in
nostram naturam; attamē ipsum non refert homo pa-
ter prodigi; ast propriè Jesum Christum (qui & ab omni
ni

ni tempore Deus verus, & simul homo ab incarnatio-
 ne sua verissima: cuius actus oēs sursum tendebant,
 iuxta nominis sui gręci *ἀνιψωπος* etymon; qui verē pa-
 rens noster, si nunc promptly, aut in hac vita post hac
 teneamus eius vestigia; verē parens, qui creavit nos,
 qui regit, qui protegit, qui magno pretio redemptos
 in libertatem asseruit. Deinde, nō excidat memoria,
 seniore filio representari Scribas & Phariseos mur-
 muratores: prodigo, publicanos & peccatores ad Je-
 sum accedentes, ac per hos, peccatores omnes alios
 peccatores. Neque sit satis, Auditores, nosse bonita-
 tem multam Dei, ut sit accessu facilis, minimē: quin,
 ceu legitima soboles conemur eum imitari, ad labo-
 rando ut digni habeamur nomine, quo insigniti su-
 mus: sit nobis humanitas, bonitas, concordia mutua
 cū proximis. Quoniā verō plasmati sumus ad imaginē
 Dei: ne à prototypo deficiamus, studeamus quęso, stu-
 deamus ipsi per similes esse perfectione, contendamus
 que ut non amet (vbi aiunt) absque redamante; ex quo
 furore & æstu flammatum amoris sui casti in nos, pe-
 nitus sit transformatus in hominem. Non se exhibeat
 animus nostra (quam tametsi spurcicia scelerum suorum
 deformem, haud amare dedignatur) imitem, ipsi re-
 bellem, quia pijs sanctisque suis desiderijs per eam li-
 ceat ipsi potiri, iugo diuinorum mandatorum suorum
 subiectione. Adhęc, credentes firmiter Jesum Christū,
 verum Deum & hominem, tēdamus cum ipso sursum,
 uti nomen corporis nostri constitutio nos inuitans:
 nihil sapiamus terrenum, sed mente habitantes in cę-
 lis, agnoscamus optimum parentem nostrum & crea-
 torem, rectorem summum, defensorem & authorem
 nostrę libertatis. Oremus eum, ut gratia sua auer-
 tat, ne de numero Phariseorum obmurmuranti-
 um, & larua falsę sanctitatis, quę sane
 duplex iniquitas simulatorum si-
 mus, aut potius de consortio
 publicanorum & pecca-
 torum verē peni-
 tentium. Amen.

*Plato aie-
 bat esse
 extrema
 iniustitię,
 velle vi-
 deri iustū
 eū, qui ta-
 lis nō sit.
 Plut. to. 3.
 mor. tract.
 de maligni-
 tate He-
 rodoti, i-
 nistio.
 Simulata
 sanctitas,
 duplex est
 iniquitas.*